ENGELBERTUS ADMONTENSIS
14. Jh. Seite 139v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sunt anunciati in mundo nascituri sicut ysaac et Sampson
et Josias in veteri testamento et Johannes baptista in novo ut
scriptus est habitum ergo et beata virgo illis dignior et dignius ho
norata est illa gratia. ¶ Sicut xpus natus in mundo fuit
sol iustitie cuius presencia sicut terram fecit mundo diem gratie.
Mala. iiij. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusti
cie etc. Solem vero orientem precedit lucifer et aurora diem
pronuncians. Johannes vero baptista fuit lucifer precedens solem
iustitie unde ipse Joh. i. Non erat ille lux sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Unde Jo. v. xpus dixit de Johanne Ille erat
lucerna ardens et lucens. Psalmus. Paravi lucernam christo meo. Si
igitur Johannes fuit lucifer ergo beata virgo fuit aurora xpm
solem iustitie pronuncians. Aurora vero est lux solis propinquior
et silior quam lucifer. Si ergo Johannes pronunciatus est qui fuit lu
cifer preveniens et pronuncians solem iustitie ergo multo dig
nius beata virgo est anunciata que propinquior fuit et silior christo
ut aurora luci solis. ¶ Sicut pronunciacio aurore est congrua et
necessaria et comoda quia ortus aurore est noctis terminacio
quam desiderant infirmantes Job. xxx. Nocte os meum
perforatur doloribus. Et lucis inchoacio quam desiderant
laborantes et luctantes. Gen. xxxij. Dimitte me iam
enim aurora ascendit. Et solis appropinquacio quam gaudent
operantes. Psalmus. Ortus est sol etc. et sequitur Exibit homo ad opus
suum et ad operacionem suam v. ad vesperam. ¶ Ad ortum ita

xpm